

XVI. Ni omnia confundere velis, triplex Forum, quod actionis meritum diiudicat, caute discriminandum est, *divinum*, *forum conscientiae* et *externum*: etiam leges mere humanae foro conscientiae et divino subiiciuntur.

XVII. Imputatio moralis, de qua impraesentiarum potissimum agimus, ratiocinium involvit, ex quo tum generales, tum speciales imputandi regulae consequuntur. *

* Generatim gradus imputationis a gradu libertatis pendet, quae per sensualitatem in homine varie limitari potest.

XVIII. Improvida conceptuum iuridicorum in Ethicam transplantatio totam imputationis theoriam confusam et difficilem reddit: necessarium itaque iudicamus dignitatem et indignitatem *moralem* a pretio et culpa *physica*, mercedem et praemia *auctorantia a moralibus*, item consuetaria *mala naturalia* ac poenas *strictae coactivas, correctivas et exemplares a vindicativis* seu *moralibus* distinguere.

XIX. Forum conscientiae moralitatem inter, atque praemium vel poenam obvenientem exactissimam proportionem postulat. Nec dubium,